

EGYHÁZTÖRTÉNELMI.
E M L É K E K

DÁVID FERENCZ
ÉLETRAJZÁHOZ.

MÁSODIK RÉSZ.

- I. OKLEVELEK S ROKON TÁRGYUAK.
II. DÁVID FERENCZ IRODALMI EMLÉKEI.

[EGY KŐRAJZ-LAPPAL.]

BUDAPESTEN.

NYOMATOTT A MAGY. KIR. EGYETEMI KÖNYVNYOMDÁBAN.

1 8 7 9.

I. OKLEVELEK S ROKON TÁRGYUAK.

I.

Dávid Ferencznek a szebeni tanácshoz 1555-n sept. 24. Kolozsvárról időhaladéknyerés végett irt levele.

Salutem et officiorum meorum commendationem quam ¹⁾ humillimam. Tardius quidem, Viri prudentes, et integritate praestantes, meas ad vestras humanitates, quam debebam ex promisso, mitto literas, sed tamen, ut spero, cum venia et culpa deprecatione ²⁾ facili. Multa enim in vita nobis praeter expectationem euenire solent, plurima denique in actionibus obŷciuntur, quae nostras deliberationes vel impediunt, vel prorsus irritas esse faciunt, vt vel sic admoniti discamus, deum esse nostrum conditorem nos vero tantum plasmata ³⁾ eius. Reuersus domum a senatu nostro intellexi, perfectam esse electionem de me, vt subeam officium pastoris Ecclesian Dei, quae est in patria mea. Huic sententiae et voluntati senatus nostri ie hunc usque diem restiti propositis multis ac certis rationibus, cur parer) minus possem; ac cum senatus noster me in suam impellere non posset ⁴⁾ sententiam, spatium deliberandi de hac causa mihi exactum et completum tempus vindemiarum concessit. Hic status rerum mearum est et haec causa fuit silentii mei. Ego vero cum totum hoc negotium et causam ex parte anteriore et posteriore pensitem, non video mihi meisque rebus satis tutum esse et consultum, ut electionem factam amplecterer; in hoc elaboro, ut me prorsus extricem et vestris humanitatibus addicam; sed cum ea, quae mecum geruntur, in patria initium sumserint, necessum est, ut me non rustico modo et nota quadam ingratitude excusem, sed ordinate et prudenter videam, qua ratione me liberare possim. Modus autem et via proxima haec esse videtur, ut propositis certis conditionibus, [quas scio vix senatum acceptaturum ⁵⁾ esse], viam evadendi et liberandi mihi adinveniam;

¹⁾ *Keresztény Magvető*, XI. évfolyam, január—febr. I. füzet 1876. 64—66. ll. megjelent, de ez és ama közlés közt eltérések levén: azért is, „*Dávid F. irodalmi emlékei*“ teljessége érdekében is itt közreadását indokoltnak tartom.

Az előbbi közlésben a 65. lap 25. sorában: *quoque* — azt hiszem, téves.

²⁾ Az előbbi közlésben a 65. lap 28. sorában: *deputatione* — szintén.

³⁾ Az előbbi közlésben a 65. lap 33. sorában: *psalmata* — szintén; ily szó nem létezik, „*plasma*“ ellenben talál, csinálmányt, emberi alkotmányt jelent.

⁴⁾ Az előbbi közlésben a 66. lap 1. sorában: *posset* — azt hiszem, az jobb, mint az én másolatombeli: *possit*, ezért azt látom megtartandónak.

⁵⁾ 66. lap 12. sorában: *acceptaturum* — ez jobb, mint az én másolatomban levő: *acceptorum*, ezért azt tartottam meg.

quod si factum fuerit, procul omni dubio vestris humanitatibus me totum tenui mea et qualicumque opera addicam. Si vero haec mora responsionis determinatae et certo praedefinitae difficile esse videbitur, quam quod a vestris humanitatibus expectari posset, non prohibeo, uti nec possum, modum prospiciendi de alio. Interea tamen, si liberari potero, non dubito, mihi locum aliquem in vestra republica residuum fore, ubi me aliam et sustentem. Quod ad me attinet, lubens huc usque et officium apud vestras humanitates subivissem, et meam obedientiam debitam declarassem, sed multae me circumstantiae impediverunt, quibus remotis responsionem finalem dabo et vestris voluntatibus satisfaciam. Vestras humanitates quam optime valere cupio, Datum Clausenburgi 24 septembris anni 1555.

Vestris humanitatibus

addictus Franciscus
Daudis ¹⁾

Külső cím:

Inclito Senatui Cibiniensi, Dominis et patronis
mihi summa reuerentia colendis.

Zárt levél alakjában egészen sajátkezűleg írva, egy ivre, melynek vízjegye: medve, a szöveg a két első oldalt tölti be.

A szász nemzeti levéltárban: 726. szám alatt összeolvasta Dr. Teutsch György D. superintendens ur Nagy-Szebenben január 4-n 1879.

II.

Dávid Ferencznek 1557. ápril 26. Pomarius [másképp: Baumgarten] Keresztélyhez, akkor lekenczei ágostai hitv. paphoz irt levele. ²⁾

Gratiae ac pacis incrementum per Christum a Deo patre precatur, ³⁾
De rebus priuatis ac publicis scripsi ad dominum Adamum sane auide
tuum ⁴⁾ vir humanissime expectauimus aduentum, sed qua de causa protractus sit ignoro, illud velim in causa tua consyderares, quod poeta inquit,

Tolle moras nocuit differre paratis. Paruus Thomas Kleyn instat apud me de filio suo qui apud vos est, ille quantum ex literis olfacio parum aut nihil discit prouidendum esset ille si quomodo in studijs promoueri posset

¹⁾ Hasonmása látható a KŐRAJZOK I. száma alatt.

²⁾ Először megjelent ily című füzetben: Eilftes Programm des evangelischen Gymnasiums zu Bistritz in Siebenbürgen . . . Bistritz, 1862. 33. l.

³⁾ Az első közleményben tévesen: *speratur*.

⁴⁾ " " " " " *tamen*.

parens enim illius libere id quod haberet in illum insummeret, Reliqua coram discessus enim tabellionis velox nimium ¹⁾ impedit.

Raptim Colos[uarini] 26. aprilis Anni 1557.

Franciscus Daudis ²⁾
tuus ex animo.

Külső cím:

Doctrina pariter et humanitate insigni praedito viro D. Christiano Pomario, vero pastori Ecclesiae Lechniciensis suo patris in loco charissimo.

III.

Schesaeus Keresztély, kolozsvári szász prédikátornak Dávid Ferenczhez, mint főpaphoz s az erdélyi magyar eklézsiák superintendenséhez 1558-n irt dicsőítő verse.

VENERANDO VIRO
D. FRANCISCO DAVIDIS
Pastori Ecclesiae Claudiopolitanæ, etc.
Ecclesiarum Vngaricarum Superintendenti in
Transylvania
S. P. D.

QVis patriæ casus et plurima vulnera nostræ
Spectans, non largis fletibus ora riget?
Aut in nos rabidi fera torquent spicula Turcæ,
Turcæ, quos pietas flectere nulla potest.
Aut falsi Stygio nati de flumine uates,
Corrupto uiolant dogmate corda piũm,
Et de coelesti doctrina quiuis Arator,
Iudicium pleno uendicat ore sibi.
Quem probat hic, alius culpat spernitque docentem,
Pro Domini Verbo somnia mundus amat.
Certe hæc uenturæ sunt vltima signa ruinæ,
Pectore quam toto ut differat, oro, Deus.
Felices nimium patriæ qui vulnera sanant,
Et quorum in uotis cura ea fixa manet.
Tu quia Caucasos nequis ense retundere Turcas,
Quod iubet officium præmeditanter agis.
Obstruis Hæreticũm ueris rationibus ora,
Vis saluari animas, corpora si pereant.

¹⁾ Az első közlésben aligha nem tévesen: *manum*.

²⁾ A teljes szöveg hasonmása látható KÓRAJZOK II. száma alatt. Ez Dávid F. saját kézírását minden kétség fölébe helyezi.

Cornua fregisti Claudis et Olentibus Hircis, ¹⁾
 Pro grege Diuino prælia iusta gerens.
 Hoc meritum propter tibi tota Ecclesia grates,
 Præcipue uero patria tristis, agit.
 Huic ego coniunctus quo possum munere, testor,
 Me non ingrati nomen amare uiri.
 Hæc modo quo dantur mea carmina suscipe vultu,
 Non donum, mentem sed mage dantis ama.
 Ipse Deus mentem spectat, non munera dantis,
 Paruula sic possunt dona placere Deo.
 Viue diu patriæ decus immortale ruentis,
 Viue nec irati Doemonis arma time.
 Dux Magnus Michael pugnat radiantibus armis,
 Semper in excubijs pro grege statque suo.
 Huic committe Duci tua multa negotia fido,
 Ille sibi curæ te sinit esse: Vale.

Christianus Schesæus Minister Ecclesiæ
 Claudiopolitanæ. ²⁾

IV.

Dávid Ferencz kolozsvári főpapnak és superintendensnek az 1558-ki thordai zsinatra meghívó levele.

Intimatio præmissa actioni Synodi.

Salutem et omnis boni incrementum, a Deo patre misericordiarum, per Christum, precor omnibus fratribus, in Christo congregatis.

Beatus populus, qui scit iubilationem, inquit Psalmista: In quo dicto nobis et Ecclesiæ formam et cultum, qui in ea præcipue elucere debet, proponit.

Vt autem humana societas ciuilis tunc beata esse dicitur, quando ipsa nomen suum intelligit: sic et in Ecclesia, cum docentes, tum discipuli florent, cum nominis sui authoritatem assequuntur, et ad viuum exprimere conantur.

Est igitur Ecclesia populus beatus, per Spiritum Sanctum sanctificatus, qui singulari beneficio Dei, per Verbum et Sacramenta, incorrupte administrata, collectus in eum finem, ut Deum celebret et inuocet, et sit particeps omnium bonorum a Deo promissorum.

¹⁾ Gúnyos vonatkozás Kálmánsehire és Stancarora.

²⁾ Ily című munkából: *Elegia de falsis prophetis quos Christus confert lupis, spinis et tribulis. Matth. VIJ cap. Additum est Epicedium de morte R. Viri Domini Laurentij Leschini. Authore Christiano Schesæo Mediensis. Matth. 7. A fructibus eorum cognoscetis eos.* Claudiopoli In Officina Georgij Hoffgreuj. Anno, MDLVIII 4-edrét A—D₂ = 3½ iv = 14 számozatlan levél.

Hunc solum agnoscimus esse cultum, quem Deus diligit, et cui quoque sua bona vult adplicare, nihili facientes, quod mundus et impy in externis bonis collocant summam felicitatem, quibus ydem ad contumeliam nominis Domini vtuntur. Quæ dum fiunt, nequaquam imaginandum est, aut non esse Ecclesiam, aut eam non curæ esse Deo. Non enim secus agitur, quam cum Paterfamilias conuocatis suis gallinis et columbis, proponit escam, quam voraces et rapidi corui aut cornices præripiunt, ad suum interitum. Sic et impys euenire statuamus.

Vt igitur Psalmista non a potentia et diuitys mundi huius Ecclesiæ descriptionem summit, sed ab interna beatitudine et spiritualibus bonis, quæ ei sanguine Christi parta sunt: Sic sciamus in eo potissimum manifestari hanc beatitudinem, si non solum ipsi alios docuerimus Dei bonitatem, misericordiam et veritatem predicare: verum et nos ipsi, quasi in aciem collocati, primi depulerimus calumniatores, non dicentes iubilationem Domino Deo nostro, sed potius maledicentes, et euacuantes eius patefactionis, quæ Johan. I. extat: *Et Verbum caro factum est*, fundamentum, vt nihil præter puri hominis substantiam, in hoc Verbo assumente humanam naturam, relinquunt. Quod vt bono modo et ordine fieri possit, ex fontibus doctrinæ Christianæ, et solido eius verbo faciamus, et sciamus ideo hos congressus institutos esse, vt singuli nostrum edocti in sua statione perseuerare possint.

Quare vobis præsentibus, pro authoritate officij mandamus,
vt primo concioni, deinde huic actioni intersitis.

Dominus benedicat vobis omnibus.

Franciscus Daudis Pastor
Ecclesiæ Collosen. ac
Superintendens.

V.

Dávid Ferencz kolozsvári főpapnak és az erdélyi eklézsiák superintendensének Fodor Mihály és Reketeyi Marzsinay Margit váló-perökben 1559-n virágvasárnapja előtt negyednappal [máczius 15.] Kolozsváratt hozott házasságfelbontási ítélete.

²⁾Franciscus Daudis pastor Ecclesie Colosuariensis et Superintendens Ecclesiarum Regni Transilvaniensis. Damus memorie Vniuersis et singulis cuiuscunque status et conditionis Hominibus tam secularibus quam spiritualibus presentium noticiam habituris. Quod cum Nos feria secunda post

¹⁾ Ily című saját művéből: „Acta Synodi Pastorum Ecclesiae Nationis Hungaricae in Transylvania, sat.“ Látható az *Egyháztörténelmi Emlékek* közt. II. Dávid F. irod. eml. IV. száma alatt.

²⁾ Ez oklevél eredetijén semmi helyes-írási szabály követése nem tűnén ki: a nevek különböző változatait a diplomatika e tekintetben fennálló szabályelvének hódolva, úgy a mint voltak, megtartandónak láttam.

Dominicam Septuagesime ¹⁾ in sede nostra iudiciaria pro more solito condissemus, e numero aliorum causancium egregius ac nobilis Michael Fodor de Mezvalu tanquam actor ab vna, et nobilis Margaretha Morsinyaj de Rekeye, alias eiusdem actoris Coniunx legitima tanquam attracta et Jure legitimoque modo Citacionis requisita, cum comparere nollet ad prefixum terminum, actori juxta Juris processum Causam suam proponendam libertatem et potestatem concessimus. Qui in hunc modum contra attractam proposuit. Quod cum ipse forte fortuna ante annos quatuor venisset ad Domum Relicte Joannis Kenderesi, ac per totum diem conuiuati essent, ac bene potitus fuisset, filius Relicte Petrus Kenderesi verbis placidis prefatum actorem adorti, [sic] eum ad ducendam in vxorem nobilem Margaretham Marsinyai de Rekeye impulissent, ac sub noctem deposito Juramento, non per semet ipsam, sed interpretem prefata puella jurasset, cum tamen antea Fidem et Juramentum Nobili ac egregio Gregorio Stroy dedisset, a quo nondum [az eredetiben hibásan: nundum] liberata, per fraudem et dolum malum sibi juncta fuisset. Postea autem cum eam mitteret in proprio suo curru Albam Juliam ad reddendum testimonium et fassionem de possessione sua, et bonis ad eam pertinentibus, diuerterit ad fratres et consanguineos suos, ac sepe reuocata redire noluerit. Postea autem ex consilio Comitatus certi Nobiles electi vtpote Petrus Basýt, Petrus Machýesdj, Nicolaus Nyalachý, Casparus Hostrowi, Michael Roman, Demetrius Pestyeni, Jankuly Damsosi, Joannes Feýerwarj, et Janko Lucachý, coram quibus omnibus in Domsos in edibus Janko Lucaheý prefata Margaretha reuocata redire noluerit, sed bona sua, que tempore initj matrimonij ad actorem detulerat, repecýt. Quibus in medium Domus collocatis, actor attractum alloquens, denuo date fidei admonuit, et eam, vt rediret, orauit, seque secundum legitimum officium mariti illam curaturam coram prefatis Nobilibus promisit, sed illa respondit, se nunquam redituram. Proponit denique idem actor, quod et libertatem ej dederit alteram ducendj, et se impotentem et minus idoneam esse ad matrimonium. Hys propositionibus actoris nos auditis, juxta legitimum Juris processum ej terminum probande sue Cause et propositionis per testes fide dignos concessimus, Reverendoque Domino Sebastiano Carolo [igy! Károlyi helyett.] archidiacono nostro in illis partibus, et fideli pastori Ecclesie Zazwaros scripsimus, vt denuo citata prefata Margareta, ambarum parcium propositiones et allegationes audiret, ac earum testimonia exciperet, sub sigilloque munito et fide ad Nos transmitteret, Qui prefatus archidiaconus commissum sibi negocium fideliter exequens, eam citauit et modum tocus processus sic ad Nos perscripsit. In Causa nobilis viri Michaelis Fodor, quam contra Dominam Margaretham Marsinaj habet, ego iuxta votum Reverenditatis vestre fideliter cum per literas citatorias, tum designatos ad hoc viros Nobiles, quo rei veritas magis elucesceret eg. . . nes Nobilium Virorum ad hoc selectorum paucis in hýs vt excipere po[tui] . . . significare destinaui, Primo namque Egreg. Vir Nicolaus Ostrowj ac Ladislaus Chýwlyya, cum alýs quibusdam fidedignis viris nomine et verbo no-

¹⁾ Jan. 23.

stro dom. Margaretam iam predictam appellantes, cur, quave de causa nobilem virum Michaellem Fodor deseruerit fugiendo, nec hactenus multis verbis adhortata ad se redierit, nec in posterum redire vellet, coram nobilibus Viris ad hoc conuocatis significaret, similiter Causam [q]uare iuri stare nollet, proponeret, Ad que mulier vix tandem semifatua, blesa quedam verba talia dedisse fertur, Ego, inquit, vt inepta sum ad matrimonium, ita nunquam in posterum vel meum maritum vel alium quempiam cognoscere volo, sed statui me in domo paterna continere, viduaque dum viuam in mundo hoc permanere, sicque liberum relinquere meum maritum, et in[ter] hec quedam non intellecta verba dedisse, fassi sunt, His intellectis, placuit fratribus, vt verum a Ministro, qui ceremonijs nupcialibus interfuit, exquireretur, Jussi itaque per literas hominem conuenire, veritatemque rej per dominum Benedictum pastorem Hunyadiensem expiscari, qui non grauate rem in se recepit, ac totam seriem rei per circumstantias in literis ad dom. Vestram missis conscienciose conscripsit. Tenor autem literarum illarum talis est. Reuerendo patri D. Sebastiano Carolj pastori Ecclesie Saxopolitane domino mihi obseruando atque confidenti salutem dicit, Venerabilis doi ne mihi observande etc. Juxta tenorem literarum vestrarum ac mandatum Reverendissimi do. Superintendentis accessi quo accedendum fuerat, ibique conueniens honorabilem Martinum presbiterum parochum de Boldogfalua, egrum quidem corpore, mente tamen sanum, in Causa vero nobilis viri Michaelis Fodor talem eius, videlicet Martini presbiteri fassio-nem conscienciose factam coram me excepi. En Marton pap, Bodogfaluj plebanus, az en hitem szerint igazan vallom the elotted, mind az dolgokat, melliek az elmúlt wdöbe löttének, az vitezlő Oztroy Gyorgy es az Nemes Fodor Mihaly Meezfaluj közöth, es az reketyej Morsinaj Margit azzon kö-zöth es minden wél [az eredetiben hézag] masodik hazassagnak rende kezeth lettek, mellyeth yllyen modon megh vallok, egy wdöbeh hývanak engem Reketyere esketny, es eszwe eskwtim Ztroj Gyorgiel az Morsinaj Margit azzonth, ki Hunyad warmegiebeli Reketyen lakik, de el nem halaa, Akor penigh sok jambor zömilyek yelen valanak, minth Kenderesi Peter anyaual es feleségiuel. (Oztro]wi Gaspar, Oztroy Istwan, sok fw nepek es köz ne-mesek, mely dolognak bizonsaga az egez varmegie. Egykor w el hagia az Margit azzonth es mast vün tarsul maganak, Ez vtan egy wdö mulua hiuattata engem az en patronam, Kenderesi Janosne es az w fia Kenderesi Peter ismet Reketyere eskwti, hogý ez Fodor Mihalt az Margit azzonyal ismet ezwe eskwssem, kiben en ellent tartik, Vegre sok bezedekre kinze-rite engem az en azzonyom, hogý egyeb abba neh lenne, mind az w lelkire eskwtnem megh, merth az Ostrowygy [igy] Giorgy el hatta volna, vgý maradnj az leannak nem job volna, Nem lwn mith tennem, kelletek az en azzonom zavara megh eskwtnem, es en altalam meg eskwnék oly modon, minth az hazassagbeli hwt tartia, deh az Margit azzony hwtit bizony en nem hallottam, hanem egy nemes ember tolmacholya vala neki olahwl, Ezt en az en hwtem zerint vallom the elotted, hogý igy volt ez ah dologh, ah minth en mondom, Touaba ha erre vgy mond valakj tob bizonsagot kywan-na, hogý ha megh eskwth lygien e az Ztroj Gyorgy az Margit azzonyal, ezt wmaguk is nem tagagiak, sem tagadhatici, merth inkab mind az egez

varmegie ezt jol tugia, hec et ipse conscienciose intellecta conscripsi, In reliquo do. V. bene valeat, Date ex Bodogfalva feria quarta post Letare [marcz. 8.] 1559. Benedictus Benedechi pastor Ecclesie Waydahunyadiensis, paratus seruator V. R. do. in omnibus. Secundo ab eodem actore exhibite sunt nobis litere quorundam dominorum nobilium, quarum eciam tenor talis est, Ez lewel adassek Daudid Ferencznek, Coloswari plebanosnak, nekwnk tisztelendő Vrunknak, Kezenetwnknek vtanna the ke[gyelmednek] ezt jryük, ah my zoth hallottunk Damsoson Lucachy Janko hazanal, Fodor Mihaltul es Margit azzontul az w felesigitul, elsew zaw(a) [Fodor] Mihalnak, Jo atyamfia, Im ötödfel eztendeie vagion mitwl fogua — — — mwnek özue hozoth, latom, hogÿ ez lakas wduosseg . . . nem lehet — — zora ezt felele Margit azony, az Fodor Mihaly felesege, ad — — [e házagok az eredetiben is megvannak] en marhamat, es the zabad lygy megh hazasulnj, Touabba es[meg az] marha megh adas vtan monda Fodor Mihaly, Im hol mind az [marhad, mind] tymagad, Jwj haza, en tygedet el tartlak minth ennek elette, Margit azzony azt monda, Nem megyek vgymond soha, nekem a the hazad nem kel. Azirth az marhaual Margit azzony haza myne, mw ezt halotwk es ertettwk, Fodor Mihaly kezeth es Margit azzony kezeth, ezt mw hitwnk zerint es lelek zerinth beh irtuk, ez leuel kewlt Haczakrol, Inuocauit utan, hetfwn, [febr. 13.] anno domini 1559, En, ki vagiok Basyt Peter, Machyesdi Peter, Nallaki Miklos, Oztroy Gaspar, Romanÿ Mihaly, Pestÿeni Demeter, Damsosi Jankwl, es Feÿr Janos, Lucachy Janko, Hÿs acceptis ac perlectis, iterum exhibite sunt nobis alie litere nobilium personarum, quarum tenor est talis: Reverendissimo Domino Francisco parrocho ecclesie Colosuariensis do. nobis semper confidentissimo. Kezenetemeth, isteni imachyagomath irom kegyelmednek, minth tisztelendő Vramnak, Fodor Mihalnak attuk vala ez mw atyankfiath Margit azzonth, bizony hogy akoris valamenyere mayd fel ezw vala, mostan kedig vgian telliessegel megh bolondulth, azert mind isten zerinth, mind lelkwk zerinth gondolok, hogy el valazzuk mind az atyafiakal egietembe, neh vezzen az zeginÿ Iffÿw, mind istenbe, mind ez uilag zerinth, keryük kegyelmedet minth ismeretlen vrunkath, agion kegyelmed zabad leueleth Fodor Mihalnak, tarchya megh az Vristen k. minden Jauaual. Bretten kewlt zenth Balinth napian [febr. 14.] 1559 eztendebe, Milicha azzony nehay Kenderesi—ne es Zerechÿen Janos zallaspatakj — — — [az eredetiben is házag volt] Nos igitur auditis ac intellectis beneque ruminatis propositionibus, allegationibus et testimonÿs ambarum partium, deum et eius sanctam iusticiam pre oculis nostris habentes, dictam Margaretham Morsinaj de Rekeye multipliciter nocentem et ream personam esse iudicamus et pronunciamus, omnibusque modis a prefato actore ipso videlicet Michaele Fodor de Mezfalwa separandam — — — [a következõ sorokban levõ házagok az idõ rongálásának következményei] — dam, primo quia alterj fidem dederit, a quo — — — Juridice — — — ideoque huic prefato actori fidem dare non potui — — Secundo — — — et fraus in tota desponsatione intercesse[rit] cum non — — — pro puella iurauerit et non conueniente — — illicite — — — nocte Copulatio facta sit, verum hic om — — adhuc — — — onari poterant, propter euitanda maiora scandala, Sed cum — — — facta sit et ab eo discesserit. Neque reuocata —

discessus causam rationabilem assignare potuit, Imo bona sua repec — et marito — — — [a megelőző sorok hézagai az eredetiben is megvannak] — ram ducendi contra ius et equitatem dederit. Imo se Impotentem, fa[tu]lam et Ineptam ad matrimonium et ipsa et aly fassi sint, Iudicamus Ipso suo facto seipsam attractam Condemnasse, Infidelem factam esse et omnia iura matrimonij violasse, Ideoque in perpetuo vinculo contra prefatum actorem eg. Michaellem Fodor esse debere, e contra vero ipsum actorem vt innocentem personam absolui et Jure diuino potestatem habere aliam ducendj more legitimo et juxta consuetudinem ecclesie, In eoque prefatum actorem nullis modis aut rationibus ab vlllo molestandum aut quouis modo impediendum esse, Imo promouendum et adiuandum [sic] prout equitas et Justicia diuina postulat, pro cuius rei maiore Certitudine et Cautela prenotati actoris presentes literas nostras sigillo nostro vsualj consignatas et corroboratas eidem dicto Michaelj Fodor dare et assignare voluimus. Date In vrbe Colosuar feria quarta proxima ante dominicam Ramispalmarum Anno 1559.



Idem qui supra manu propria D. ¹⁾

VI.

II. János [Zsigmond] választott magyar királynak sat. 1562. sept. 1. Gyula-Fejérváratt költ adománylevele, melyben a kolozsi esperes által kétszáz ötven forintban birt kolozsvári összes dézmanegyedet [Quarta Decimalis] egy ötödrészben a kolozsvári szegények és árvák, négyötödrészben a kolozsvári tanoda fentartására rendelte fordítatni.

Nos Joannes Secundus Dei gratia Electus Rex Hungariæ, Croatiae etc. Memoriae commendamus tenore presentium significantes quibus expedit uniuersis, Quod cum fideles nostri Domini Regnicolae Transsilvanienses Episcopatum Alben. una cum Capitulo, et omni fere statu Ecclesiastico, ante nostrum, et Sacrae quondam Reginalis Mattis, Dominae Matris nostrae observandissimæ piæ memoriæ in hoc regnum ingressum, paribus votis sustulerint, et loco eorum Scholas publicas in quibus Juuentus per doctos viros, et lingvarum peritos pie erudiretur, Duobus in locis videlicet in ciuitate nostra Colosuarian. et oppido Zekelwasarhel erigen. decreuerint et semel atque iterum nobis instantissime supplicauerint, vt Nos quoque pro nostra gratia et munificentia Regia juxta piam hanc eorum intentionem Scholas ipsas honesta prouisione benigne ornare et locupletare dignaremur. Nos itaque cum ad obsequentem Dominorum Regnicolarum petitionem, tum uero studia Juuentutis fauenter promouere, ac pauperibus et orphanis in Coloswar existen. clementer subuenire volentes, totalem et

¹⁾ Gróf Lázár Miklós szivességéből az eredetiről 1861. vett másolatomból, Szabó Károly barátom utólagos igazításaival. Másolatom most a székelykereszturi unitárius középtanoda tulajdona. E pecsét rajza s utána a Dávid F. sajátkezű írása hasonmásban látható a KÖRAJZOK III. száma alatt.

integram Quartam Decimalem Colosvar. tam vini quam frumenti et aliarum quarumlibet rerum Decimandarum, quae alias Archidiacono Colosien. cedebat, et in arenda solita flor. Ducentis Quinquaginta in monetis usualibus singulis Annis aestimari consueverat, ad prescriptam Scholam Colosvarien., et in usum ac sustentationem pauperum et orphanorum iuxta benignam Sacrae olim Mattis Reginalis et nostram prioribus literis superinde confectis collationem, tali modo et ea conditione denuo deputand. et conferend. duximus, ut integrae Quartae Decimalis pscriptae pars quinta, cuius arenda facit flor. quinquaginta, in usus et sustentationem pauperum et orphanorum, Quatuor vero integrae partes, quarum arenda facit flor. Ducentos, ad praedictam Scholam Colosuarien., et usum Studiosae Juuentutis, ac promovenda eorum studia, ad plenum, sine omni defectu cedere debeant. In praemissis conditionibus damus et conferimus, Harum nrarum vigore et testimonio litarum, Datum in Ciuitte nra Alba Julia die primo Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo.

Joannes Electus Rex

Michael Chyaki
cancellar. pp ¹⁾

VII.

Dávid Ferencznek 1564. április 10-n hétfőnap a reformátusok superintendensévé megválasztatását bizonyító medgyesi káptalani Anyakönyv hiteles kivonata.

Actio Synodi [XIV-tae] celebratae Enyedini ex mandato sereniss: Principis Dom: Joann: secundi etc. In quo disputatum est de praesentia corporis et sanguinis Christi in sacra Coena. Mense Aprili, Anno salutis

1 5 6 4.

Cum Franciscus Davidis a Serenissima Maiestate Regia magnis precibus impetrasset in comitibus generalibus Regnicolarum, celebratis in Segeswar, ut disputatio decerneretur; Mandavit Maiestas Regia, ut ad decimum quintum diem, post regressum Suum Albam Juliam, conveniant superintendentes cum suis collegis Enyedinum ad colloquium fraternum; at cum terminus ille a Sua Maiestate praefixus caderet in ipsum Paschatis festum, literis emissis ex Regia Cancellaria, praefixit dominicam quasimodo-geniti. Ad mandatum suae Maiestatis, Dominus Superintendens cum decanis omnibus, et multis fratribus comparuit in constituto loco, octavo die Aprilis: Postero die, qui est nonus Aprilis, aduenit dominus doctor Georgius Blandrata a Regia Maiestate missus, ut sit colloquii moderator, ne tumultus aliqui oriantur: Eodem die aduenit Dominus Franciscus Davidis cum suis asseclis; sub vesperam hora quinta, conuocat Dnus doctor persona Regia, utramque partem in templum, ibi promulgans Principis Mentem, ac depro-

¹⁾ A magyar unitárius egyház levéltárában levő eredetiből.

mens literas Regias, quibus dominum Dionysium priuat officio Superintendent. Hungarorum, ac Franciscus sequenti die Lunæ, qui est decimus Aprilis, eligitur. Lectæ sunt literæ Regiæ per Franciscum. Absolutis illis, persona Regia mandauit sacramentariÿs, ut illi primi sint, qui scribant modum concordiaë, quia ydem concordiam Ecclesiæ disciderint. Dederunt ergo ad nostrates die decimo Aprilis scriptum, cui fixerunt titulum: *Modus concordiaë* Literæ autem Regiæ sonabant sic . . . ¹⁾

VIII.

Epistola convocatoria FRANCISCI DAVIDIS Concionatoris Claudiopolitani et Ministrorum Unitariorum in Transylvania Superattendentis ex Ungarico Sermone ²⁾ in Latinum translata. [A. 1569.]

A Deo Patre, per Jesum Christum, illuminationis et verae Sapientiaë Spiritum, precamur omnibus Filii Dei Electis et Fidelibus Christianis.

Deus aeternus, Pater noster Coelestis, qui cordium omnium videt et intelligit secreta, nobis testis est, quod admonitionem Apostoli in nostra vocatione libentes admodum sequeremur, ut videlicet, pugnae verborum vitarentur, nisi nos adversaë partis clamores et convitia ad id ipsum cogent. Cogimur itaque cum illis iterum congregari propter causas subsequentes. *Primo*, omnibus notum est, quod Doctores vel Ministri *Ungarici*, Fratres nostri, non solum nos ipsos, sed etiam veritatem Dei, quam nos profitemur, variis modis traducunt, ad quam propugnandam et confirmandam obstricti sumus. *Deinde*, siqui reperiuntur ex Ministris, qui in conscientia convicti de veritate doctrinaë, quam per nos Deus manifestavit, eam sequuntur, non solum contra Regni instituta illos damnant et e loco pellunt, sed etiam cogunt, ut contra conscientiam veritatem abnegent, unde varia scandala oriuntur, dissidia et tumultus contra Christianam et fraternam charitatem. *Tertio*, cum Fratres nostros juxta votum piorum, quos ad officium docendi,

¹⁾ Fötisztelendő dr. *Teutsch D. György* ágost. hitv. superintendens ur szivességéből a medgyesi káptalan Anyakönyve I. kötetéből, általa híven kírítva, összeolvasva és megigazitva, melyet a XVI. század végén vagy a XVII-nek elején írottnak vél, a mit az írásmód is igazol. E zsinat irataiból hátrább még közlök.

Szíves volt velem közölni ennek egy, a XVII-ik század végén vagy a XVIII-iknak elején készült másolatát is, a mi egykor a történetíró Haneré volt; ez is egyezik az elébbivel, csak az Alesius hivatalból elbocsátása s Dávid F. megválasztatása előadásánál van a központozás és szórövidítés által származott némi homályosság, a mi a tudós Schwarzot [*Archiv für Siebenbürg. Landeskunde. Neue Folge. II. Band 246—290. ll. megjelent értekezésében*] arra a téves nézetre vitte, hogy itt a reformátusok superintendensévé nem Dávid F. de ismételve Alesius Dénes választatott meg; minek e jegyzőkönyvi kivonat szerint épen ellenkezője áll s Dávid F.-nek itt a reformátusok püspökévé választása igazolt történeti tény, a mi újabb ellenkező adat nélkül — csak következtetések s okoskodás alapján — észszerüen kétségbe nem vonható.

²⁾ *Lampe, Historia Ecclesiæ Reformatae in Hungaria et Transylv. . . .*

ad ipsos emittimus, non solum convitiis impetunt et ad certamina singularia vocant, sed etiam a Sermone et veritatis defensione arcent et miro artificio excogitati rumores sparguntur de victoria et confusione nostrorum, unde multi, et potissimum ¹⁾ qui in veritate doctrinae confirmati non sunt, offenduntur. Hos non confirmare, et non consolari esset grande peccatum, et coram Deo, et hominibus. *Ultimo*, multi pii Deum timentes, qui propter hos tumultus in cordibus sauciati sunt et scripta nostra legere nesciunt, expetunt, ut lingua Hungarica publica Disputatio certo in loco instituatur, ubi Articuli praecipui, de quibus hoc tempore controversia mota est, repetantur, et ex verbo Dei examinentur et comprobentur. Credimus autem, quod omnes pii Deum timentes ex causis recitatis agnoscant, nos aliud facere non posse, quam ut simplicitatem doctrinae, quam hactenus docuimus, defendamus ejus praesidio, qui promisit, se ex ore infantium perfecturum suam laudem. Itaque Articulos nostrae confessionis propositionibus brevibus ad disputandum complexi sumus, edidimus et vobis misimus, ut vos Ministri, juxta dignitatem vocationis vestrae, pro gloria Dei ejusque Filii ad praefixum diem nempe decimum *Octobris Varadini* compareatis. Et quia multi ex vobis nos accusant, quod doctrina, quam docemus, vera non sit, ostendatur ex sacris literis, in quo erramus. Nos enim puritatem Verbi Dei amamus et illud tantum sequi volumus, nec ulla in re veritati Verbi Dei contrariari volumus. Deus pacis et consolationis, Pater Domini nostri Jesu Christi, dirigat per spiritum suum nos omnes, ut eum recte agnoscamus et in omni veritate ei obtemperemus in suo Filio Jesu Christo Domino nostro. Amen.

Franciscus Davidis, Servus Ecclesiae Jesu Christi crucifixi, cum Ministris fidelibus in Transylvania.²⁾

IX.

Dávid Ferencznek a Krisztus isteni vagy emberi természete felől Palaeologus Jakobhoz 1570-n november 29-n írott levele.

Franciscus Daudis Illustriss. Viro D. Jacobo Palaeologo, Spiritum Sapientiae et judicij a deo patre per christum precatur.

Si quis omnes affectus humanos exuerit, is abstinebit saeculi nostri deplorare miseras. Vt autem de nostra saltem scribam functione, in ea incidimus tempora, vt tuto de veritate non liceat inquirere. Taceo, publice, quid sentias, profiteri. At, qui luce spiritus diuini illustrantur, postquam crediderint, neque tacere, neque amplius veritatem abscondere possunt.

MDCCLXXVIII. 224—225. ll. Egybehasonlitva a *Bod Péter*: Historia Unitariorum in Transylv. című MDCCLXXVI-n megjelent könyve 47—46. lapjain levő közléssel.

¹⁾ Bod Péternél: *praesertim*.

²⁾ Magyar eredetijét nem találván meg: ez „Emlékek“ teljesebb-voltáért latinul közleni jónak láttam.

Tanta est animi spiritus illius vis, vt omnia humanae rationis figmenta contemnens, ad unicum illum collimet scopum, vt gloria dei illustretur et Ecclesia aedificetur, toto paene mundo interim furente et contradicente, cum quos pater filio dedit, oportet, vt colligantur, et vestis christi indiscissa maneat etiam in manibus militum. Primo fortasse aspectu quaestiones motae de rebus religionis ruinam et pericula maxima adferre videntur; at terrae motus, moriente et resurgente christo exorti, utique sedantur. Haec non scribo, quasi te virum Doctissimum ignorare sciam, verum vt ostendam, quid praecipue in hoc certamine me subleuet, et quomodo certus sim, deum per infirma vasa sua operari et praeter voluntatem et expectationem hominum perrumpere. Nec enim patitur, vt verbum suum vacuum ad illum redeat. Malevolentia et odio aduersariorum pertractus sum in has turbas. Cum persuasum esset apud me, me nolle publice quicquam docere et proponere, nisi quod in manifesto dei verbo haberetur, neque ipse tum intelligebam, quorsum ista; at cum vrgerer a parte aduersa, animaduerti genus doctrinae fuisse corruptum, et plane alia via procedendum esse: Imo contrarias omnino theses ponendas esse ijs, quibus hactenus Doctrinam de deo defenderimus. Disputationes habitae inter nos sunt confusae, at sic edi oportuere, vt sunt habitae, alias aduersarijs calumniandj maximas praebuissemus occasiones. Perlegi collectanea disputationis nostrae ad nos missa. Et ordo, et verborum series, imo et sensus multo est dilucidior et melior quam in priore: Nec dubito, multis vtilem fore si excudatur. Veram esse, et fundamentum habere firmum in verbo dei, nostram assertionem uideo, at per eam omnia obiecta aduersariorum dissoluere non possum. Si enim propter patris diuinitatem christo inhabitantem deus est, non video, quomodo non vnus sit deus, filius cum patre: et si vnus, quo non aeternus, infinitus, et dico respectu diuinitatis. Si uero hominem illum, asserimus, esse deum, quomodo non erit creatus et formatus imo recens deus: Si vero Christus in vetere testamento cognitus et invocatus est, cum ab illis solum vnus deus sit creditus et invocatus, non video quomodo effugere possimus, quin christus dicatur esse ille vnus deus. Ego vellem sane, si scripturae Analogia admitteret, nos christum fateri et numero et substantia differre a patre: Vetus et Novum testamentum non esse vnum et idem substantia, sicut nec pater et filius vnum sunt substantia, neque patribus christi cognitionem, fidem et invocationem tribuere. Nam ex ijs subsequi multa, quae cursum huius veritatis impediunt. Defero tamen de ijs vel per literas, vel coram, me posse commonefieri et edoceri.

Dominus Spiritu suo sancto illuminet sensus nostros,
vt normam verbi divini sequamur et in ipso vnum
simus. Amen.

Albe JuliE Transsiluan. 29. Nouembris 1570. ¹⁾

¹⁾ Ily czimü értekezésből: *Jacobus Palaeologus*. Eine Studie von *Karl Landsteiner*. Mit noch nicht gedruckten Urkunden und Briefen aus dem Archive des k. k. Ministeriums des Innern. Separat-Abdruck aus dem Programme des Josephstädter Gymnasiums. Wien. Verlag des Josephstädter Gymnasiums. 1873. 33—35 ll.

X.

Báthori István erdélyi fejedelemlnek a vallásos könyvek előleges vizsgálat nélkül kinyomtatását megtiltó rendelete 1571. september 17-éről.

Nos Stephanus Bathori de Somlyo, Woyvoda Transilvanus et Siculo-
rum Comes etc. Memoriae commendamus tenore praesentium, significantes
quibus expedit universis, quod Nos tum ad Synodi Oppidi Megyes novissime
congregatae Intercessionem, tum vero considerantes Typographias bonis
ac probatis authoribus, non autem cudendis famosis libellis et perniciosis
dogmatibus servire debere, quorum lectio officit pietati et honestis moribus,
ac toti nationi apud exterarum nationes infamiam parit. — Cum igitur tales
libellos Typographorum nimia licentia excussos passim in ditio-
ne nostra circumferri audiamus, tollendi hujusmodi abusus causa statuendum et
cavendum duximus, ut a modo deinceps in tota Transilvania ac Partibus
Hungariae ditio-
ni nostrae adjectis Typographi nullum omnino scriptum,
quantumvis minimum, cujusvis authoris veteris, aut recentioris, sine nostra
annuentia et consensu, permissive, sub poena confiscationis et ablationis
bonorum omnium imprimere et impressa circumferre, distrahere et diven-
dere audeat, aut possit, praesentium per tenorem. Quo circa Vobis univer-
sis et singulis Magnificis Dominis, Egregiis, Nobilibus. Comitibus, Judici-
bus Nobilium, Tricesimatoribus, Teloniatoribus, Capitaneis, Praefectis, Pro-
visoribus, ac Prudentibus Circumspectis Judicibus, Juratis Civibus quorum-
cunque Civitatum, Oppidorum, Villarum et Possessionum, cunctis etiam
aliis cujuscunque status et conditionis hominibus, vicesque eorum gerenti-
bus, ubivis in ditio-
ne nostra constitutis, modernis et futuris praesentium
notitiam habituris auctoritate Nostra, qua publice fungimur, committimus
firmiter, ut a modo deinceps, ubicunque et quibusvis in locis libros et
scripta qualiacunque, et quorumcunque authorum per Typographos ditio-
nis Nostrae, post promulgationem hujus Edicti nostri impressa deprehen-
deritis, statim praedicta universa bona confiscare et auferre, ac tertia parte
vobis retenta, duas partes Nobis administrare modis omnibus debeatis ac
teneamini. Secus nullo modo facturi, praesentibus perlectis exhibenti resti-
tutis. Datum Albae Juliae, Die 17. mensis Septembris Ao Dni 1571.

Stephanus Bathori de Somlyo m. p. ¹⁾

¹⁾ Gróf Kemény József erdélyi muzeumi gyűjteményében levő egykoru másolatról. Összevetve: dr. Teutsch D. György ágostai hitvall. superintendens: Merke zur Geschichte der Sachsen in Siebenbürgen . . . című gyűjteménye III-ik kötete 284—286. lapján levő másolattal.

XI.

Báthori István erdélyi fejedelemnek, a II. János [Zsigmond] által a kolozsvári tanoda részére adományozott s tényleg az unitáriusok birtokában volt dézma-javadalom megerősítéséül 1571. deczemb. 17-n kiadott fejedelmi levele.

Nos Stephanus Bathorÿ de Somlÿo, Vaÿwoda Transsÿluanus et Sicularum Comes etc. Memorie commendamus tenore presen. significan. quibus expedit uniuersis, Quod discretus uir Georgius walazwthÿ, Senior scholæ huius Ciuitatis Coloswar, in sua, ac reliquorum Studiosorum eiusdem Ciuitatis Coloswar, nominibus et in personis exhibuit et presentauit nobis literas SERmi principis quon. Joannis Secundi Electi Regis Hungar. etc. Domini nostri Clementissimi piæ memor. super collatione totalis et integrae quartæ Decimalis Coloswarien. tam vini qu. frumenti, et aliarum quarumlibet rerum Decimandarum, quæ alias Archidiacono Colossien. cedebat, et in Arenda solita flor. Ducentis quinquaginta in monetis usualibus singulis annis æstimari consueuerat, ad pre'scriptam Scholam Coloswarien. et in usum ac sustentationem pauperum et orphanorum, juxta benignam sacræ olim Mattis Reginalis, ac dicti filÿ sui literis superinde emanatis, confectas et emanatas. Supplican. nobis debita cum instantia, ut nos easdem literas de uerbo ad uerbum transscribi et transsummj, presen. que literis nostris inseri et inscribi facien. quoad omnes eos Articulos, contenta et clausulas gratiose confirmare dignaremur, Quarum quidem literarum tenor talis est. Nos Joannes Secundus: [*a mint a VI. szám alatti, eddig:*] sexagesimo secundo. Nos itaque supplicatione præmissa, Nobis quo supra porrecta, fauorabiliter admissa, præscriptas literas quoad omnes earum Articulos, clausulas et contenta, prout eaedem rite et legittime existunt emanatæ, sine diminutione et augmento aliquali transscribi et trassummi presentibusq. literis nostris inseri facien. pro parte dictorum Studiosorum Coloswarien. ac subsequendorum quorumlibet, gratiose confirman. duximus, prout confirmamus presen. per vigorem. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum in dicta Citte Coloswar, Decimo septimo die Mensis Decembris. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo.

Stephanus Bathorÿ
de Somlÿo m. ppria



Franciscus Forgach
Cancell. m. pr. ¹⁾

XII.

Dávid Ferencz levele Palaeologus Jakabhoz Krakkóba írva 1573. decz. 27., melyben egyházuk veszélyben létéről s fia tanításáról intézkedik.

F. S. D. suaque commendat officia. Petis a me vberimas literas; cogere vis naturam, quae, si furca pellatur, tamen usque recurret. Si tribus

¹⁾ A magyar unitárius egyház levéltárában levő, kétrétű papirosra irt, veres spanyolviaszba nyomott s kisebb fejedelmi pecséttel megerősített eredetiből.

verbis absoluere possem, facerem. Nos quotidie in pejus ruimus et nostris concertationibus turbamus Ecclesiam. Ad primum januarij diem anni huius in vrbe nostra conventus regni celebratur, vbi metuo, ne tanquam violatores decretorum regni accusemur et a loco pellamur, nisi Deus consilia hostium ex improvise impediatur. Convocati seniores elaborabunt omni conatu, vt aduersariorum depellant calumnias coram regni proceribus et impetrent liberam veritatis inquisitionem; post publicam Synodum conveniemus, vbi auspice deo, quae ad Ecclesiae conseruationem et veritatis propagationem facere videbuntur, inquiremus. Certe vellem, si antequam haec gererentur, librum tuum, quem de doctrina Ecclesiae scripsisti, videre possem. Metuo enim, ne plurima anteactorum nos corrigere oporteat, si modo res haec plena non esset difficultatis et odii; spero Deum affuturum pijs conatibus. Aliud consilium de filio non habeo, quam vt ille vel apud te maneat et discat, si tibi molestus non est, et a domina proava recipias, quantum aequum est pro alimonia et institutione, aut illum Constantino erudiendum tradas; si vero iudicas, illum alicubi versari posse sine periculo vitae, oro, perscribas ad me, et tuo obsecundabo consilio,

Dominus te spiritu suo sancto regat et conseruet Amen.

Claudiopoli 27. Decembris 1573.

Franciscus Daudis.

Clarissimo pietate et doctrina viro D. Jacobo Palaeologo suo in Christo dilecto.

CraccoviE. ¹⁾

XIII.

Báthori Kristófnak a bátyja, Báthori István dézma iránti adománymegerősítő levelére költ újabb megerősítése 1576. május 29-kéről.

Nos Christophorus Bathory de Somlio Vaiuoda Transsylvani. et Siculorum Comes etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit Vniuersis Quod pro parte et in personis Vniuersorum Studiosor. Scholae huius Ciuitatis Coloswar, Exhibitae sunt nobis et praesentatae literae quedam Sermi Principis Domini Stephani Dei Gratia Regis Poloniae Magni Ducis Lithuaniae etc. fratris nostri observandiss. confirmationales in dupplici papyro patenter confectae Sigilloque eiusdem in inferiori earum. margine impressiue communitae. Quibus median. Idem Dominus Stephanus Rex Poloniae quasdam literas Serenissimi Principis quondam Joannis Secundi Electi Regis Hungar etc. pie memoriae super collatione totalis et integræ Quartæ Decimalis Coloswarien. tam vini, quam frumenti et aliarum quarumlibet rerum decimandarum, quae alias Archidiacono Colosien. cedebat, et in Arenda solita flor. Ducentis quinquaginta in monetis Usualibus singulis Annis aestimari consueuerat in de continen.²⁾ confirmasse dinoscebatur, te-

¹⁾ *Jacobus Palaeologus.* Eine Studie von *Karl Landsteiner.* sat. 1873. 37—38. ll.

²⁾ Értetlen az eredetiben is.

noris infrascripti. Supplicatum est Nobis debita cum instantia, ut nos easdem literas ac omnia et singula in eisdem contenta ratas, gratas et acceptas habentibus literis nostris de uerbo ad uerbum inseri et inscribi facerent. perpetuo ualituras confirmaremus, quarum quidem literarum tenor talis est. Nos Stephanus Bathory [ettől fogva az, a mi a X. szám alatti, eddig] septuagesimo primo. Nos igitur praemissa supplicatione, Nobis pro parte dictorum Studiosorum p. dietae scholae Coloswar. porrecta, fauenter exaudita et admissa, praescriptas literas dicti Domini Stephani Regis Poloniae non abrasas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas; sed omni prorsus vitio et suspicione carentes praesentibus literis nostris de uerbo ad uerbum sine diminutione et augmento aliquali insertas et inscriptas, quoad omnes earundem continen. clausulas et articulos, eatenus quatenus rite et legitime sunt emanatae, uiribusque earum ueritas suffragatur, acceptamus, approbamus et ratificamus et pro parte praefatorum Studiosorum Scholae Coloswar. gratiose confirmamus, Harum nostrarum secreto Sigillo nro communitarum uigore et testimonio literarum, Datum in Ciuitate Coloswar Vigesima nona die Mensis Maij, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Sexto,

Christophorus Bathorj
de' Somljo m. pr.



Demetrius Chanady
Secretarius m. pr. ¹⁾

XIV.

Dávid Ferencznek, mint kolozsvári főpápnak és egész Erdélyországban a magyar papok superintendensének, Kricsfalvi nemes Sztoyka Gergely részére, unokahúgával, Sztoyka Annával, nemes Sztoyka László hajadon lányával házassági szövetségre léphetés végett kiadott engedélylevele. [Dispensatio.]

Franciscus Daudis, pastor Ecclesiae Claudiopolitanae et Superintendens ministrorum Hungaricorum per totum regnum Transylvaniae uerum Deum in Spiritu et ueritate Invocantium uniuersis et singulis cuiuscunque ordinis ac conditionis hominibus praesentes lecturis spiritum sapientiae et consolationis precatur. Comparuit coram nobis, Nobilis et Egregius Georgius Stoýka de Krichfalua etc. exponens, quomodo in animum induxisset ducere in uxorem honestam quandam et Nobilem uirginem Annam filiam Ladislaj Stoýka etc. id unicum saltem obstare, quod praefata Anna esset Neptis ex fratre uno, Georgius Stoýka autem Nepos ex sorore. Quod igitur fratrum essent nepotes, hoc turbare ipsius animum, Rogauit igitur nos, ut oportuno secundum Deum uerbum remedio ipsi subueniremus, cum nollet uel conscientiam suam illegitimis Nuptijs laedere, uel etiam Ecclesiae Dei scandalo esse, Nos igitur diligentj habito super hac quaestione examine, intelleximus ex Seniore nostro Basilio Szekeressi pastore Ecclesiae in Huzt. qui omnes circumstantias, quae praesens coniugium aliquo modo remorarj posse

¹⁾ A magyar unitárius egyház levéltárában levő eredetiből.

uidebantur aut etiam impedire, summo studio ac fide scrutatus est, comperimus autem fratrum Nepotes esse. Cum autem nec Dej leges, nec Caesarum [sic] obstant, quominus Nepotes fratrum contrahere matrimonium possint, cum et consobrinorum Nuptias concedant, Sicut Judicum primo exemplum manifeste extat: Nam Caleb et Cenas erant fratres, quorum alter nempe Cenas habuit filium Othoniel, qui duxit Calebj fratris, patris sui filiam Axam nomine. Etsi autem Paparum Canones in suo iure prohibeant eiusmodi coniugia, tamen quia et dispensarunt in similibus casibus ubj splendide muneratum est, et humanae leges nunquaquam praeiudicare possint et debeant legibus diuinis quae Leuitic. 18. et 20. capitibus expressae sunt. Nos praefatum Georgium Stojka absoluimus ac potestatem damus contrahendi matrimonium cum praefata Anna, modo id faciat in Domino. Proinde vniuersos et singulos Egregios D. Comites, Vicecomites etc. alios etiam, quorum hoc interest, praesentibus hortamur, ne personas praememoratas ratione et praetextu coniugij hujus rebus aut in persona turbent, sed eas pacifice secundum Dej patris ordinationem vivere permittant, harum nostrarum testimonio literarum. Datum Claudiopoli 7. iulij Anno Dominij
1 5 7 8



Franciscus Daudis Superintendens etc. ¹⁾

XV.

Dávid Ferencz unitárius püspöknek az 1579. január 28-n költ s azon évi febr. 24. Thordán tartandó zsinatra egybehívó levele.

Spiritum iudicij. sapientiae. et consolationis, a Deo patre Domini Jesu Christi precatur.

Vere et sapienter dictum est a Salomone: Verba sapientum, sicut stimulj et quasi clauj in altum defixi, quae per magistrum consilium data sunt a pastore uno; Hunc ordinem enim Deus sanxit, in regenda societate humana cum polythica, tum Ecclesiastica. Vt sapientes, exercitatj et doctj, quj alijs praeficiuntur. ex Thesauro cordis suj vetera et noua depromant, scribaque doctus in regno Dej, et minister fidelis in tempore cibum admisceret familiae. Cum vero ex fundamentis scripturae sacrae eruantur firma, instar stimulj et clauj in altum defixi *✠* Doctrina enim super fundamentum Prophetarum et Apostolorum aedificata a ventis et fluctibus non deijcitur. Imo sermo Dej viuus est ignitus, et quouis gladio bicipitj penetrabilior, adeo ut non quibuslibet rationibus euellj possit: firmas enim in corde humano veritas agit radices. Quomodo uero hoc summe necessarium feliciter transire posset, Salomon docet, videlicet per magistrorum consilia, quod datur a pastore vno. Oportet enim ut conueniant ministrj et de prae-

¹⁾ Báró Sztojka Gyula nagybirtokos ur nemzetségi levéltárában levő eredetiből. A pecsét rajza és névaláírás látható a Kőrajzok iv-ik száma alatt.

cipuis doctrinae capitibus conferant. Experientia enim testatur, familiarj doctrinarum collatione et exercitijs non tantum conseruarij et augerj iudicium, verum et dona deij crescere. Hanc ob causam in Ecclesijs nostris hic ordo obseruatus est hactenus, ut singulis annis publicj conuentus celebrentur, Et inter ministros de doctrina et moribus consilia et deliberationes instituantur, vbi vno loquente, reliquj taceant, et postea dijudicandj facultas penes reliquos sit. Quae recta et firma sunt, magis confirmentur, quae vero infirmiora, et minus nota, firmentur, et apertius explicentur ac elaborentur, vt cum doctrina simul et mores respondeant. Frustra enim docetur, vbi uerbum Deij male audit, propter improbitatem eorum, quj non ad destruendum, sed ad aedificandum praepositi sunt. Debemus enim esse discipulj, praepceptoris nostri Christj et fructum adferre, quo pater coelestis glorificetur. Cum itaque de his et similibus ad institutionem nostram pertinentibus conferre debeamus, hortor vos atque moneo, ea autoritate, quae mihi ab Ecclesia demandata est, vt 24. februarij Thordam omnes, sine ulla excusatione conueniatis. Sij quj vero praetextu quodam officium suum facere neglexerint, seuerè iuxta Ecclesiae constitutiones punientur. At speramus uos edoctos ex verbo Deij et testimonio bonae conscientiae admonitos, vltro facturos esse officium vt per uos aliqua fiant Deo grata.

Deus pater gloriae illuminet oculos mentis omnibus inquirentibus uoluntatem eius, ut in beneplacito eius [acquie]scere possimus. Amen.

Claudiopolj 28 J[anuarii A. D.] 1579.

Franciscus Daudis Superin[tendens]
[fra]ter vester in Do[mino.] ¹⁾

XVI.

Udvari orvos Blandrata Györgynek 1579. ápril 7. az erdélyi unitárius papsághoz küldött levele, melyben tudatja, hogy a közeledő ápril 26-ki thordai zsinaton Dávid Ferencz ügye fog tárgyalatni, róla ítélet hozatik s hihetően az egész unitárius hitvallás tárgyalás alá jő; megküldi saját teteleit s a papságot előre megfélemlitni igyekszik.

Gratia et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo!

Quoniam in proximis Regni Comitiis ad diem 26. hujus Mensis Thordæ indictis, in quibus de causa D. *Francisci Davidis* serio agetur

¹⁾ Én ez oklevelet 25 év előtt gr. Mikó ily czímű kéziratkötetéből másoltam: „Collectaria ad Res Transylvanicas facientia Josephi Benkő, Parochi Reformati Közép-Ajtensis, et Societatis Scient. Batavo-Harlemensis Sodalis.“ Azt hiszem, Benkő a gyula-fejérvári országos levéltárból másolta, más példányról, mint a miből a *Keresztény Magvető* idei [XIV] kötete, I. füzete 42—43. lapjain ki van adva. Eredeti volt e a Benkő forrása, nem tudom; a Magvető szerkesztője nem az, hanem egykoru vagy közel időbeli. Dávid F.-nek a *Kőrajzok Lapja* több aláírását mutatja; a ki azokat az unitárius egyház levéltárában levővel egybehasonlítja, meg fog győződni arról, hogy itt sem a szöveg, sem a névaláírás nem az övé. Én az itt levő szöveget a kettőből adom, graphikai hűséggel. A *frater* szó hasonmása ez: *fř*.

ibique, ut audiemus, ¹⁾ de eo sententia feretur, fieri non potest quin de tota causa Religionis tractetur, et de novatoribus diligens inquisitio et iudicium simul fiat. Quæ comitia consecutura est brevi Synodus Generalis, in qua potissimum fidei confessio, quæ verbo Dei et Regni legibus non adversetur, constituenda erit. Visum est nobis, vos horum admonere, ut ad utrumque Conventum, ea quæ vobis ad Dei gloriam pertinere videbuntur, diligenter prius mediata, ²⁾ quatenus oportuerit, afferre possitis. De universo enim statu Ecclesiæ, et singulorum, qui in ea docendi munus habent, ut videtis, agatur. Ut autem id commodius facere possitis, mittimus ad vos Theses, de quibus in Synodo tractatum iri omnino credimus, ³⁾ quarum ⁴⁾ ut unusquisque ex vobis publice detestetur, et quas illis theses oppositas legatis, ⁵⁾ amplectatur, putamus necesse futurum, nisi munere suo privari et extorris etiam fieri velit. Non autem quo alicui vestrum timorem incuteremus, hæc vos scire volumus, ut scilicet metu adacti, contra conscientiam vestram aliquid vel dicatis, vel faciatis : sed id præcavere, et in eo vobis prodesse officii nostri esse arbitrati sumus, ne quis ex vobis aliud quidpiam in tanto periculo præ oculis habeat, quam unam ipsam veritatem, cujus testimonium in corde suo coram Deo se habere, plane persuasus sit. Speramus Deum nobis adfuturum, si ejus opem, ut quidem nos facimus, supplices implorare, in communi hoc discrimine non intermiseritis.

Ipsæ vero Dominus noster Jesus Christus consoletur corda vestra, et sit cum Spiritu vestro. Amen! Claudiopoli, 7. Apr. Anno 1579.

Senior et Frater vester,
G. Blandrata D. ⁶⁾

XVII.

Dávid Ferencznek fogságában irt elegiája és jövendölése.

Franciscus David Superintendens Unitariorum, in sua captivitate.

Servivi patriæ bis denos integer annos,
Integritasque mea est saepe probata duci.
Nunc patriæ invisum si crimen quaeris, id unum est,
Unum, non trinum, me coluisse Deum.
Sic pietas crimen, dum non mutabile numen,
In plures timui multiplicare Deos, —
Dumque individuum ac totum sine partibus ullis
In plures timui multiplicare Deos, —

¹⁾ Inkább: : *audimus*; igazolja ama hátrább következő mondat-alak: *ut videtis*.

²⁾ Helyesen: *meditata*. *Lampe* így adja.

³⁾ *Lampe*: tractatum iri confidimus, imo credimus . . .

⁴⁾ *Quarum* rossz olvasás, helyesebb: *quas*. *Lampe* így közli.

⁵⁾ *Legatis* hibás olvasás, jobb: *legetis*. *Lampe*: videtis.

⁶⁾ *Johann Seiverts* Nachrichten von Siebenb. Gelehrten und ihren Schriften. sat. 70—71. II. Kiadta *Lampe* is: Hist. Ecel. sat. 305—6. II.

Finitum immenso misceri et numen in unum
 Confundi sancte dum pia lingua negat.
 Dum veritus genitum ingenito exequare parenti,
 Qui sibi sufficiens nescit habere parem, —
 Captivare meae jussus dictamina mentis.
 Dum falsum caeca credere nolo fide, —
 Quod quondam evomuit petulante Sabellius ore,
 Dum pius infandum dogma recuso sequi, —
 Dumque infinitum, quem non complectitur aether,
 Virgineo erubui claudere ventre Deum:
 Hunc dum diffiteor vaguisse famemque sitimque,
 Infansem in cujus lacte lavasse nego, —
 Dum nego possibile hunc divos tremuisse dolores
 Et tandem infami procubuisse nece, —
 Dum linguam temerare piam, dum falsa fatendo
 Ingenuam mentem conscelerare pudet, —
 Asserui verum ac mysteria falsa negavi . . .
 Hoc scelus, impietas, haec mihi causa mali.
 Hoc merui poenas, haec sera mirabitur aetas,
 Quaeque tamen pura religione colet.
 Quando animus cedit? caeci persvasio falsi,
 Quando superstitio vana relinquet humum?
 Quando Deum verum, non trinum homousion orbis
 Antiqua rursus simplicitate colet? —

* * *

Det Deus! ut redeat prisca constantia veri,
 Terrasque antiquum fas pietasque regat!
 Nunc captivantes nostrae dictamina mentis,
 Errores, sanam credimus esse fidem.

Innocens hic martyr Jesu Christi, *Franciscus Davidis* in carcere
 Devensi dicere solebat:

Fulmina, crux, gladius Papparum, mortis imago,
 Nulla, viam veri, vis prohibere potest.
 Scripsi quae sensi, fido quoque pectore dixi:
*Dogmata falsiloquum post mea fata ruent.*¹⁾

¹⁾ *Szent-Ábrahámi L. Mihály* kézírataiból; egy-két helye, a régiség miatt elmosódván, homályos.

XVIII.

A Dávid Ferencz fogságba vitetése után 1579. jul. 2. tartott unitárius zsinat által megállított új Hitvallás. [Confessio.]

Consensus Ministrorum Anno 1579 die 2 July Claudiopoli in nomine Domini congregatorum, de divinitate, adoratione, invocatione, re-gnoque Christi, ex libris sub Rege mortuo impressis ac publicatis.

I. Credimus et confitemur Jesum illum a Nazareth esse filium Dei Altissimi unigenitum dicique Deum juxta genuinum sensum scripturae propter has causas:

1. quia conceptus est de Spiritu sancto, Matth. 1. Luc. 1.
2. quia unctus est Spiritu sancto et virtute prae suis consortibus, et accepit Spiritum sine mensura. Joh. 3. Hebr. 1. Act. 10. Luc. 4.
3. Propter potestatem et gloriam, quam Pater illi in Coelo et in terra, postquam resurrexit a mortuis, plenarie dedit. Rom. 1. Phil. 2. Matth. 28. Eph. 1. Act. 2.
4. Quia Deus Pater in plenitudine temporis restauravit et condidit omnia per ipsum, deditque illum nobis ut per illum salvemur, et vitae aeternae haereditatem accipiamus. Ephes. 1. 3. Col. 1. 1 Joan. 5. Act. 4. Rom. 3. Joh. 3. 5. et 6.

II. Hunc eundem Jesum Christum credimus colendum et adorandum esse, quia Pater dedit omnia filio. Matth. 11. et praecepit, ut illum audiamus, in ipsum credamus, ipsum colamus et adoremus. Matth. 3. 17. Ideo omnes thesauros sapientiae et scientiae in eo abscondidit. Col. 2. Ut ex plenitudine ejus, et nos omnes accipiamus. Joh. 1. Ut scilicet colentes filium, colamus Patrem, et credentes in filio credamus, quia Pater in filio honoratur. Joh. 5.

III. Confitemur, quod Jesus ille verus Messias, dum fuit in terris, contulit et etiam nunc confert bona spiritualia fidelibus per verbum et spiritum, Ideoque invocandus est, propterea enim a Deo Patre in illum bona omnia collocata sunt, ut illa ab ipso confidenter in nostris necessitatibus petamus et speremus. Hinc, quod postquam exhibitus in mundum venit, ad ipsum multi confugerunt, dicentes: Jesu, fili David, miserere mei, Matth. 15, Marc. 10. Item: Domine Jesu, suscipe spiritum meum, Act. 7. Neque tamen ut Deus ille Pater, ex quo omnia, invocatur 1. Cor. 8. neque etiam eadem forma invocationis, qua Patrem invocamus, nempe dicendo: Pater noster, qui es etc. sed ea ratione, ut id, quod Deus Pater illi contulit, certi simus, Christum id nobis opulenter largiturum, quemadmodum ipsemet promisit: Quicquid petieritis in nomine meo, ego faciam. Joh. 14. Item: Ego dabo vobis os et sapientiam Luc. 21. Item: Vitam aeternam do eis. Joh. 10. Neque enim eo pacto Mediator noster est, ut nihil nobis conferat, aut quod nihil ab eo petendum, expectandum, atque etiam sperandum sit, cum eo sine omnia a Deo Patre suo coelesti acceperit, ut ab ipso ea omnia in nos tanquam membra ipsius derivarentur,

IV. Dicimus etiam cum scriptura sacra, quod Jesus ille Christus, qui dicitur Caput nostrum, sit nunc quoque ecclesiae Rex, et regat per Spiritum suum fideles suos, domineturque super vivos et mortuos. Rom. 14. Imo quod regat omnia verbo potentiae suae. Heb. 1. Nam Christum ideo Pater nobis dedit, ut in suis fidelibus nunc regnet, et illis vitam aeternam conferat, et ipse sit solus sub Coelo, in cuius nomine nos salvos fieri oporteat. Act. 4. et quamvis 1. Cor. 15. dicatur tunc futurum finem, quando filius tradiderit regnum Deo et Patri, et cum omnia fuerint illi subjecta; non tamen ex eo consequitur, Christum, nostrum Deum, Regem et Pontificem nunc non esse, cum ibidem dicatur: Oportere illum regnare, donec illi omnia subjiciantur.

XIX.

Dávid Ferencz fogságba vitetése után a július 2-ki zsinat által a papság jövő-dő magatartására nézve hozott egyházfegyelmi rendszabályok.

Articuli breves propositi Ecclesiae, ad 2. diem Julij, 1579. Claudiopoli convocatae, quos si Ministri non observabunt, inobedientiae crimen et poenam incurrant, quam ipse Superintendens una cum Consistorio statuet.

1. Ne quispiam de Controversijs istis et novitatibus vel publice vel privatim docere, disputare aliquid audeat.

2. Ne disputent pro suggestu, nec varijs et inutilibus opinionibus in medium productis miseram plebem perturbent, sed incumbant potius in hoc, ut omnes auditores ad bona opera adhortentur.

3. Ut publica precatio ad Patrem — per Jesum Christum — recitatione orationis Dominicae in initijs concionum retineatur. In fine vero loco benedictionis, cum dimittetur populus, ista verba dicentur semper, quae extant apud Paulum 2. Thess. 2. *Ipse vero Dominus noster Jesus Christus, et Deus ac Pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem aeternam et spem bonam, per gratiam consoletur corda nostra et stabiliat nos in omni sermone et opere bono. Amen.*

4. Ne Minister quispiam audeat locum mutare, vel sibi ipsi eligere alium absque consensu Superintendentis et Consistorij. Caeterum promittit Consistorium una cum Superintendente totam Ecclesiarum reformationem brevi scripturum et toti coetui propositurum. ¹⁾

¹⁾ A XVII.—XVIII. szám alatti két nagybecsű adatot Kemény János erdélyi fejedelem levéltárában volt egykoru másolatból néhai gr. Kemény Sámuel től — egy jó órájában nyert — emlékül birom.